III/1228

1713 r.

Actum in Curia Regia Varsaviensi,
Feria sexta, in Crastino Festi Sanctorum,
Petri et Pauli Apostolorum, anno Domini
millesimo septingentesimo decimo tertio.-

Ad Officium et Acta praesentia Castrensia Capitanealia
Varsaviensia Generosus Josephus Grzybowski Capitaneus
Sulejoviensis, Generosorum Martiani, Stephani, Julianna
et Catharinae Grzybowskich, olim Generosi Constantini
Grzybowski Dapiferidae Nurensis, cum olim Generosa
Constantia Chądzyńska procreatorum Filior. et Filiarum
Minorennium naturalis Tutor, suo atq Eorundem
Minorennium Nne, coram Eodem Officio Praesenti,
praecavendo
cuivis suae indemnitati, providendoq Pupillaris, Praedictorum
Generosorum Grzybowskich Minorennium Fratrum et Sororum
suor. Patruelium, substantiae ac fortunae, integritati,
solemnem infert Manifestationem, estq Manifestatus in eo.-
Quia Illustris Magnificus Franciscus de Windiki Grzybowski
Castellanus Junivladislaviensis, uti Major Domus Grzybovianae
accepta Suprafatorum Generosorum Grzybowskich minorennium
Tutella, Bonisq cunctis immobilibus possessis, ac de ejusdem
usum et proventum percipiendo, Praedictos Minorennes
a Magnificis Kuczyńskie Conjugibus Vexilliferis,
Mielnicensibus, atq Generosis Podoskie Pincernis
Ciechanoviensibus, itidem conjugibus, non recuperavit,
ac recipere neglexit, mobiliaq Eorundem Minorennium
Praedictorum propria, post Fata olim Praedictorum Minorennium
Parentum relicta, ac per Eosdem Magnificos Kuczyńskie
ac Podoskie Conjuges intercepta, tum et summas tam Gedani
pro frumentis varij generis grani, ex scaphis duabus de Bonis
Zelizzewie acceptas, quam etiam in vim dotis Suprafatam
olim Generosam Grzybowska, Matrem Eorundem Minoren-
nium restantem, Viginti unius millium florenorum Polo-
nicalium summam concernentem, aliasq morte olim
Generosae Catharina Chądzyńska, Subdapiferae Drohicensis,
Praedictorum Minorennium Aviae, una cum tota

Substantia

substantia mobili et immobili in Eosdem Minorennes
aequaliter inter alios Consucceſsores devolutas, non vidi-
vit; Bona Patrominica Grzyboviana onerata non
emundavit, atq; causas intuitu Pupillaris fortunae,
in Judiciis majoris, et minoris subsellij non attentavit;
2) quinimo Contractus quosdam laesivos et praecipue cum
Perillustri et Admodum Reverendo Michaele Molerski,
Canonico Vielunensi, Praeposito Vartensi, atq; Generosis
Mirosłao Thesaurario Plocensi Parente, Dominico et Antonio filiis
Kossobuckiemi, ratione Bonorum Garbatki aliorumq;
eo pertinentium, non attenta complanatione, inter
Suprafatam olim Generosam Grzybowska, Relictam
Matrem ex una, et eosdem Generosos Kossobuckih
ac Perillustrem et Reverendiſsimum Canonicum
Vielunensem, parte ex altera facta, Actisque authenti-
cis Praesentibus roborata, cum summo Praedictor:
Grzybowskih Minorennium praejudicio, injuriose
conscripsit; atq; indubium praetensiones Eorundem Mani-
festas ac legitimas vocavit; quoniam autem Lex positiva
Tutores per injuriosos Tutores Pupillari statui praejudicare
nequit. Ideo praecavendo cujvis ut praemiſsum est,
pupillari fortunae et substantiae Praedictor: Generosorum
Grzybowskih Minorennium, indemnitati ratione praemiſ-
sorum omnium, nec non de invaliditate eorundem
quorumvis uti injuriose conscriptorum Contractuum,
3) ac eorum Conditionem, cum laesione fortunae itidem appo-
sitarum, Idem Generosus Manifestans, iterum atque ite-
rum, quam solenniſsime Manifestatur; salva nihilomi-
nus Ejusdem Manifestationis augendae, meliorandae,
addendae, sive alterius si opus et neceſse fuerit con-
scribendae, pleno ac toto in robore sibi ac Ijsdem
Minorennibus, reservata facultate. Correxit (sign:) Niemiera
(L: S:) Legi (sign:) Zeglarski.